

[Faint, illegible handwriting covering most of the page]

Radecky (II.) 1823.

no. 11.

Gallorum veterum mores cum Germanorum veterum
moribus collati.

Dissertatiunculam hanc nimis sero ad lucem proventisse, nequidem auctor ipse negare potest, quapropter haud praetermittendum putat, quin Viro illustrissimo pro clementia ac benignitate, quae negligentiam istam excepit, gratias quam maximas agat; simul vero precatur, ne nimis severe Director optimus hunc ejus libellum, vitis fatis repletum, examinet.

Antequam utriusque gentis mores et instituta confero, singuli cuiusque descriptionem faciam, cum melior ac clarior comparatio hac ratione fiat. Quoad Gallos, Caesarem potissimum sequar, qui Romanorum optimae Galliam descripsit; in Germanorum vero mores tradendo Tacito imprimis utar.

Gallia omnis factionibus Divisa est, nec solum ad varias Galliae civitates hoc pertinet, sed etiam in pagis singulis fere in domibus illarumque venies; factionum principes ab iis instituntur, apud quos summa rerum est. Caesar eam ob causam, divisionem istam jam antiquitus institutam esse censet, ut sub praesidio principis talis ex plebe nullus ad versus potentiores auxiliii egeret, neque quisquam opprimeretur.

Handwritten notes in the bottom left corner, including the name "L. J. J. J." and some illegible scribbles.

Caesaris tempore omnes civitates Galliae in duas potissimum factiones
divisae erant, quarum alteri Aedui, alteri Sequani praeebant, qui maxi-
me inter se dispares erant et alii alios quacumque ratione opprimere
contendebant.

In omni Gallia, praeter plebem, quae aut aere alieno, aut tributo aut de-
nique potentiorum injuriis maxime premebatur, ob eamque causam ple-
rumque in divitum servitute est, duo sunt genera; alterum Druidum,
alterum equitum. Illi omnium maximam potestatem habeant, rebusque
divinis et sacrificiis praesunt. De omnibus controversiis, cum publicis,
tum privatis decernunt, et si quae est admissa caedes aut facinus, eadem
constituunt ac poena afficiunt. Si vero quis eorum decreto non parit,
sacrificiis interdicit, quae poena est maxima, hi enim in implorum
numero habentur, ab omni metu contagionis fugiuntur, nec ullum jus
eis redditur. Druidum unus maximam habet auctoritatem, qui prin-
cipatur aut suffragiis reliquorum aut armis consequitur. Semel per
annum omnes conveniunt atque in loco consecrato consistunt; huc popu-
lus undique concurrunt, eorumque decretis parit. Druides militiae va-
cationem habent nec ullo tributo aut alio onere publico premun-
tur. Quibus praemio dediti, multi in eorum disciplina veniunt;
ibi, ut Caesar fert, magnum numerum versum ediscunt et viginti annos
in disciplina permanent, religionis suae nihil litteris mandant et in
reliquis rebus Graecis litteris utuntur. ^{patent} ~~dicunt~~ immortalitatem anima-
rum, quarum post mortem transmigrationem quaedam esse verent. Multa

praeterea de sideribus ^{etque} eorum motu, de mundi ac terrarum magnitu-
dine, de rerum natura ac de Deorum immortalium vi atque potestate
differunt. haec de Druidibus; qui sane litteris fati operam dabant,
et ~~suam~~ ^{suam} philosophiae ~~systema~~ ^m fortasse a Graecis depromebant, cum non
solum Graecis litteris uterentur, sed etiam cum Pythagoricis trans-
migrationis animarum esse verent.

Equites parum ex culti, tantum armis studebant, et quo plus genere
aut copiis quis valeret, eo plures clientes habebat.

Galli, quamquam eorum sacerdotum fati ex culti erant, ad modum rudis tamen
fuisse videtur, cum enim gravi bus morbis affecti essent aut bellis pe-
riculis que vererentur, alios homines, aut se ipsos immolabant ^{videtur} fo-
vebant. pariter fures, latrones, aliorumque feneratorum diis immolabant.

Deorum maxime Mercurium coluerunt, eique plurima simulacra
posuerunt; artium nempe inventorum, itinerum viarumque ducentium
existimantes, nec non maximam vim in mercaturam et quaestum
eis tribuerent. Praeter hunc Apollinem, Martem, Jovem et Miner-
vam volebant, de quibus, secundum Caesarem, eandem ac reliqui
populi opinionem habebant. Marti in plerisque Galliae civitati-
bus ex praedae tumuli struuntur, quos tangere nefas dicitur.

Terminum mihi videtur, quod natio ista non diebus, sed noctibus
temporis spatia numerat; Caesar causam consuetudinis hujus esse cen-
set, quod e Plutone Galli originem ducerent. Viri in uxores et li-
beros vitae necisque habent auctoritatem. Funera Gallorum mag-

nificas ac sumtuosa sunt, omniaque quae vivis rara fuisse arbitrantur; simul cum mortuis cremantur, quin ferri et clienter, quos a domino dilectos ferebant.

Haec De Gallis; quae ut fatiis manca sint, quamquam me haud fugiat, tamen ad perfectam et accuratam Galliae historiam scribendam, locus non erat, cum tantum breviter eorum mores ~~et~~ instituta exponere proposuisssem.

Quod ad Germanos pertinet, ut jam supra memoravimus, Tacitum omnino sequemur.

Germanos Tacitus pro indigenis habet, cum terram eorum rudiorum ac saeviorum fuisse dicat, quam ut advenas ad sedes sibi eligendas alliceret. Quod quidem pauci advenas ad Germanos pervenerunt, jam inde patet, quod Germani diu ingenium et mores ipsi proprios servarent, nec fere omnino aliorum populorum instituta exciperent. Dum vero eos indigenas nominat, paulatim in errore versatur, cum fatiis nunc inter omnes constet, non solum Germanos, sed omnes Europae nationes ex Italia venisse.

Germani, uti terra eorum, ipsi rudis et ~~laev~~ ^{pauci} culti sunt; tamen vero ingenium et mores eorum maxime laudandi sunt. Maxima pars Germaniae silvarum vastarum et paludum maximas habet; frumentum optimum est, rarissimae vero arbores frugiferae. pecora multa habent, parva tamen, aurum et argentum, quibus omnino carent, eis oblatum negligenter excipiunt; in media Germania nec quidem nummis utuntur, sed ex antiquo more merces invicem permutant. apparatus militaris mi-

nime sumtuosus; scuta tantum variis et bellis coloribus distinguunt, pauci loricas induunt, rarissime vero galeis utuntur. etiam ferri parum eos habere, jam inde patet, quod gladii raro, sed plurimum hastis utuntur, quas frimeas vocant. ac parva tantum cum cuspide ferrea gerunt.

Plurimum pedum, quam equitum habent; illi ob celeritatem equitum immixti utuntur; militum certus numerus est, ex pago centeni. in ipso proelio cantu quodam utuntur, quem Barditum vocant, hic animum illis reddit, ariem, cuneo similem formant. scutum amittere pro maxima ignominia habent; tali neque sacris adesse, nec ad concilium venire permittunt. in eligendo principis nobilitatem, in ducis virtutem spectant; illis non omnino libera potestas, hic virtute tantum pollebat. captivos vincire, damnare et ferire sacerdotibus solum licebat, cum crederent, ita dei, bellantibus semper instantis, consilium esse. maximo stimulo virtutis feminae illis sunt, nam matres et uxores cum liberis, illis in proelium sequuntur et saepius earum tantum obsecrationi recedentes jam Germani hostes propulserunt; nihil enim magis timent quam captivitatem feminarum, quae miro in modo colunt. quale animi lineamentum! quod ~~illius~~ ^{ipsius} Tacitus, Romanus, popularibus suis ad imitandum proposuit.

Mercivium praeter ceteris diis colunt ceteraque diebus illo homines immolant. (sunt qui credant, Romanos Dei militaris

nomen Hermann, pro Hermer fuisse, talique modo ad opinio-
nem de cultu Mercurii adductos esse.) Praeter hunc etiam Herculi
et Marti animalia quaedam eos consecrassent, Tacitus affirmat, addit
tamen, Deos iis majores visos esse, quam ut in templis eos colerent,
et hanc ob causam tantum lucos. Diis consecrassent. Ceterum eu-
spiriis et fortibus maxime utebantur et avium cantum volatum-
que observabant; praecipue vero ad futura cognoscenda equis can-
didior adhibent, quos etiam hunc in finem in lucis ac nemo-
ribus alunt.

Res parvi momenti principes dijudicant, de gravioribus vero
rebus populus ipse in concilio consultat. Certis insuper diebus
ad unum locum conveniunt et quidem armati; tum sacerdotes
ordinem observant et silentium omnibus imponunt; quo facto
princeps aut alius senex, nobilitate aut eloquentia pollens, surgit et
multitudini consilium suum impertitur; quod cum displiceat
iis, rumore aspernantur, cum vero placet, ut laetitiam osten-
dant, cum frameis concutiunt. hujusmodi in concilio de
bellis inferendis, de scelere commisso et de controversiis consul-
tatur. transfugas et proditores arboribus suspendunt, igno-
ros et pavidos in paludibus submergunt.

Scutum et framae juveni in concione a patre aut ab necessa-
rio traduntur; magnum illi hoc decus et simul et domestica

vita in publicam induitur.

71
Pacis tempore multum venantur, agriculturam vero solum relin-
quunt, nec omnino illi operam dant; maximam partem otiosi sunt
et somno aut potioni dediti, quin ebrii ad consultandum conveniunt.
si nimis longa pax, ad alias nationes belligerantes juvenes au-
xiliandi causa traieciunt. nulla Germanorum gens in oppidis aut
domiciliis inter se cohaerentibus vivit, sed prout locus illis ob
opportunitatem placet, casam fluunt; hiemis tempore in spe-
luncis subterraneis commorantur. togminis causa tantum sa-
go utuntur, fibula aut spinea confectis; potentiores vestibus ad
corporis partes bene accommodatis se a ceteris distinguunt; ce-
terum feminarum et virorum tegumentum idem, nisi quod hi ma-
nibus careant. in matrimoniis Germani maximam severitatem
observant, cum, secundum Tacitum, soli fuissent omnium popu-
lorum, qui unam tantum uxorem ducerent. hospitiam aequae
maxime colebant, et quemvis peregrinum cum laetitia et do-
nis excipiebant. cibo simplicissimo utuntur sine omnibus cu-
pidinis; potum ex hordeo aut alio frumenti genere parant.
unum tantum spectaculorum genus habent, juvenes numpu-
di inter gladios et frameas maxima agilitate saltant,
memoratus vero dignum, quod aleam, ut rem maximi momenti,
sobrii ac maxime intenti exercent. quaximo vero honori

majoribus nostris est, quod ferri eorum maxime libere viverent, dum agrum incolentes, domino tantum certum numerum frumenti, pecoris aut ejusdem generis tribuebant. De agris et possessionibus raro inter eos rixae oriebantur, maxime enim acquiescente eas inter se distribuiebant et quovis anno peracto, commutabant.

Funera eorum sine magno sumptu; clarorum tantum virosorum corpora certis lignis cremabantur, igni non solum arma sed etiam equum mortui imponebant. Sepulcrum ex cespite solum conficiunt, monumenta ardua et magna, (ut Taciti verbis utar, qui vir maximas res praeclarissimas paucis tantum verbis dicit) ut defunctis gravia, spernunt. Lamenta ac lacrimas cito, dolorem ac tristitiam tardo ponunt; feminis lugere honestum est, viris meminisse. —

Paucas istas, postquam de singulis cujusque populi moribus ~~et~~ institutis memoravi, eos inter se comparare mihi nunc liceat, atque similitudinem et dissimilitudinemque eorum inquirere.

Non solum Galli, sed etiam Germani ex Asia, quae quidem optima cum jure tanquam totius generis humani invincibula habetur, migraverunt in Europam; quamquam Tacitus Germanos indigenas nominet. Alii utriusque populi originem ex Celtis deducunt, alii tantum Gallos ex Celtis progenitos esse statuunt, et Germanorum

72
stirpem ab illis omnino separatam fuisse existimant. Sed quamquam antiquissimis temporibus quoad cultum et mores maxime sibi similes essent, tamen postea, cum imperium Romanorum sub Caesarum potestate esset, valde inter se discrepabant. Jam primo ad totam formam civitatum spectantes, magnum earum discrimen animadvertimus. Omnis enim Gallorum gens, ut supra memoravimus, factionibus divisa erat; quod quidem non solum de duobus maximis factionibus illis, de Aeduis et Sequanis, dicendum, sed etiam de pagis singulisque fere domibus. Germanorum vero singulae civitates maxime inter se consentiebant; hanc ob causam illi celeriter a Romanis oppressi sunt, Germanorum vero gens, tanquam scopulus mari fluctibus resistit. Gallorum maxima pars in servitute potentiorum erat et ab eis maxime premebatur; Germani vero omnes fere libertate fruebantur ac pauci tantummodo ferri eorum maxime libere vivebant. Apud Gallos Druides, qui sacrificiis praecerant, maximam habebant auctoritatem omnemque fere civitatem suo arbitrio regerant; Germanorum pontifices, quamquam in honore essent, tamen de rebus publicis principes et populus in consilio decernebat. Nec religionis quidem cultus, quamquam Druides disciplinis variis, ut astronomiae et naturae studio, operam navarent, Germanorum religioni anteponebantur.

erat; Nihil Caesaris enim tempore Galli Divi fuis ad huc homines immo-
labant. Germanis hoc minus opprobrio esse potest, cum multo minus
excitati essent.

Quod ad mores, indolem virtutumque utriusque populi ^{at} pertinet, pau-
ca tantum usitata ambobus similia erant; temporis nempe spa-
tia haud diebus sed noctibus numerabant, potum quodam (porco), ex
horis eo praeparato communiter utebantur, et paucis tantummodo aliis
rebus. Cetorum Galli plus agrum colebant, quam Germani, qui pacis tem-
pori fere solum venarentur; quam ob causam illi in pagis ~~co~~ cohaeren-
tibus, hi in casis dispersis, habitabant. Gallorum gens multo ma-
gis quidem exculta, sed effeminata et luxuriosa nec in bello for-
tis erat; Germani vero simplices quoad virtutem et mores, fortis in
bello, maxime castitate et veracitate excellabant. Nec illis tempo-
ribus solum, sed etiam postea usque ad aevum nostrum, Germa-
ni ingenii honestissimi ac roboris sui praeclara documenta dederunt.
Nonne Germanus fuit, vir ille simplicitatis ac roboris plenus, qui
jugum turpissimum hierarchiae solvit, quo per tot saecula, tot
nationes ac reges juncti erant? — Nonne Germani fuere, qui nuper
tantummodo, maxima fortitudine ac patriae caritate, exemplum
majorum sequerentur, dum tyrannum istum Francogallum e patria
sua expellerent? — Nemo ullus negabit, quemquam etiam

73
Germani nostris temporibus ad luxuriam prona sint, tamen pos-
simum in Francogallia luxuriae et lasciviae sedem esse. —

S

Faint, illegible handwriting at the top of the left page, possibly a header or title.

Main body of faint, illegible handwriting on the left page, consisting of several lines of text.

Blank lined page on the right side of the notebook.

